

VIRO CLARISSIMO
LONGA AVITARUM IMAGINUM SERIE,
NOBILISSIMO , FULGENTISSIMO
LITTERARUM CULTORI , ATQUE FAUTORI
PERILLUSTRI,
EXCELENTISSIMO
D. D. PETRO PAULO
Abarca de Bolea Ximenez de
Urrea &c. &c.

COMITI DE ARANDA , ET CASTELFLORIDO, &c.&c.
Aragonie Praepotenti Nobili ex genere (Vulgo Rico-
Homme de Natureza) Hispaniarum Primaes clasis Magnati,
insignis Ordinis Velleris aurei Equiti , Stipatori Regio
Cubiculario cum exercitio , Novae Castellae Praefecto,
Exercitus Imperatori, Supremi Senatus Praesidi &c. &c.
D. JOSEPHUS ANTONIUS MON ET VELARDE.

*** AND EM aliquando, Comes Cel-
T sissime , gratia , atque auxilio
*** tuo forum scholae sunt factae,
atque neglectis proletariae iurisprudentiae

*

in

in amoenis, atque sterilibus tricis, quibus miserrime hucusque consenescebamus, placidiores musas colimus, eo prolixius, quo earum uberiores fructus secreta voluptate sentimus. Scilicet ceterae Europae Academiae in id incumbere hodierna die videntur, ut, quapropter est, assidua defatigatione iuris publici, naturalis, & gentium perutile studium nocturna versent, diurnaque manu, non curis, non laboribus, non vigiliis parcentes, ut in integrum Regnum, Provincias, aut Republicas, immo extra eorum metas, ac terminos disciplinarum harum propagetur compendium, & curetur incrementum. Hinc Grotii, Pufendorfii, Cocceii, Heineccii, Hobbesii, Noodtii, Bynkershoekii, Strykii: hinc tot tantaque in dies commissa praelo opera, ut ne illorum quidem enumerationi haec, quantumcunque longa, par charta sit. Interea nos in glorii, vilissimas disputationes sophisticis, aut ineptis rationibus transigentes, masculam virilemque iurisprudentiam penitus obliti: hoc

uno contenti in nescio cuius ridiculae an-
tinomiae mustaceo turpissimam laureolam
quaerimus. Iam quae inde incommoda ma-
nent, atque praeiudicia, lippis sunt ipsis no-
tissima: foecundiora studia deserta: profun-
diora artis arcana ab omnibus ignorata, ne-
dicam contemta: reconditae philologiae iu-
cundissima mysteria, atque eruditionis floscu-
li suavissimi, utriusque historiae leges, aut
notiones supervacaneae habitae sunt, aut
damnosae. Quid de Iure *Fiscali*, aut Rei-
publicae, de civitatum Ordine, & Mu-
neribus, Decutiis, Decurionibus, Tributis,
Annonis, Salatiis, Reditibus, quid de Pa-
trimonio Principis, domus Regiae Officiali-
bus, Spectaculis, Ludis, Frumentatione, &
Pascuis, quid demum de Legationibus, Viis
publicis, Stratoribus, cautum, stabilitumque
sit, fueritve, misis sunt pauciores, qui com-
pertum habeant: ut merito ea iuris pars per
quandam grammaticorum antiphrasin, *vo-
lumen* appelletur, quatenus nunquam evol-

va-

vatur. Haec tu omnia cernis , Oculatissime
Praeses , atque rimatus es , dolesque , vel po-
tius indignaris , miserandam adeo temporum
calamitatem nostrorum ; Sed quid ad tanta
obiicis ; non certe stipendiorum magnificen-
tiam , qua ignavos sollicites , aut desides;
non proiectioris fortunae , aut praemiorum
spem ; non poenarum acerbitatem , qua in-
curiosos terreas , aut inertes excites. Nutu-
signis , vultu , cuncta componis. Adeo in ani-
mos nostros dominaris , ut desideriis tuis,
& cogitationibus , ex quo pateant , occur-
sum eamus ; Amas bonorum artium lau-
tam undequaque supellecilem ? Amamus &
nos , atque ad eam comparandam hilares ac-
cingimur ; Optas vividae gentis florentem
exercitum , solis libris natae , apud presen-
teis valentis , & posteros , à qua ius publicum
ita anxie excolatur , ut pro eo tanquam pro
aris pugnetur , & foci ? Praeflo quidem est;
quandoquidem tuis sub auspiciis , sero licet,
aut demum fausta illuxit actas , qua hocc
ne

ne studium , tam avide inter nostrates vi-
geat , ut non sit dubitandum , fore conti-
nuo plerosque , qui gloriam per antiquam
gentis nostrae veterno Patrum sopitam de-
nuo suscident , atque augeant : tantumque
meditationibus suis possint , ut exteris A.A.
longo intervallo post se relinquant , opes
alienas indignantes , qui tantum valent pro
priis . Quod si contigerit , incredibile , quan-
tum tibi gloriae , nobis commodo , recipu-
blicae profectui futurum . Scalent enim li-
bri , in quos nunc penuria aliorum incidi-
mus , non infrequentibus erroribus peiora
adhuc minantibus , & ita magnam partem
comparati suot in dolendo , ridendo ne nos-
trorum in re litteraria socordiam , ne dis-
cam hebetudinem , ut fere ad obtrectatio-
nem potius , sive calumniam , quam ad lu-
cem , & illustrationem nostram videan-
tur sparsi . Quod cum multis de causis gra-
ve esse debeat , cum etiam praecipue , quia
opibus nostris ditantur , atque affluunt , qui

tam

tam procaciter in paupertatem , atque de-
decus nostrum debacchantur. Nempe unus
Cobarruvias , Vasquius , Ayala , & Victo-
ria utramque fere paginam Grotii implent,
à quo ceteri hauserunt : ut si in laudatis A.A.
profecerimus , potius nobis restitutas , quam
donatas possessiones merito dicamus , neque
habeamus , quo iure possimus spoliari : Qua-
propter neutrum horum ferendum est : tot
nempe nostrū in exterō adeo impense con-
cessisse , ut nihil nisi peregrinum spirent , aut
probent : & rursus hos in patrimonio nostro
ita superbire , ut in proprio possent. Utra-
que curabis componere aequus ingeniorum
astimator , tantumque tua industria progre-
diemur , ut omnes alios facile superemus , in
hoc meliores , quod in veri inquisitione ne-
que effraenata mentium libido susque deque
vertat beatissimum rationis regnum : neque
ingeniorum nimis constricta libertas , aut
plus justo religiosa generosis animis , atque
sobtilibus cogitationibus officiat. Hac mente

retum omnium summam tenens, nihil non fas-
cis, ut solertia, atque sagacia ingenia in primis
celebritatem patcent, atque attollantur: inde
que bono meo natum suspicor, ut me licet lon-
ge positum tua beneficia invenerint, quo-
rum postremum non est, meas hasce theses
è tenebris tandem creptas, novitatem quan-
dam spirantes, immortali tuo nomini inscrip-
tas benevola humanitate excipere: quo nihil
mihi reapse aut honoratus potuit, aut opta-
tius contingere. Idcirco post impetratam studiis
meis quietem, absolutis tandem Academiac
praeceptis, ac tantum non armis positis, ite-
rum me ad litteraria praelia accingere decre-
vi: nihil tibi gratius futurum existimans, quam
si nomen meum iis darem, qui ius Publicum
exercent, aut colunt: ut ita si minus litteris
splendorem, saltem numerum augere vide-
rer, aliosque ad imitationem allicerem, &
provocarem. Nunc autem ego si gratitudine
non obruerer, & multitudine dicendorum,
si vel mea mens, aut cogitatio capere satis,
vel dicendo complecti eas oratio posset, non

nihil de laudibus tuis, Praeclarissime Praeses
congrefrem : quae plures fane, aut veriores
sunt, quam quas adulatio immeritis largi-
ta est. Itaque dum animo, ac oculis, quae
scribam, recordor, vix mihi habeo fidem, tan-
ta in te cumulata pautorum rapido lustro-
rum outriculo, quanta ad celebriorum Princi-
pum, Heroumve senectutem sufficerint ; Sed
quid non assequeris laboribus assiduis, atque
curis vel à puerō assuefactus? Neque enim la-
tet, ea aetate, qua ceteri deliciis indulgent,
te ad severiorē disciplinam, ut viribus exer-
cēndis vacares, segregatum, contentum à lu-
xuria, à cibis laetotibus, potu iucundiore abs-
tentum, cruciatum, fatigatum. Inde mari, nes-
cio quo pectorio fragili lembo solum ad
Italiae oras, atque arma traductum : hor-
rente ad atrocia pericla comitatu, & fa-
milia, ut sciremus, in nullo tantam erga te,
quam in te erga Regem fidelitatem, atque
amorem inveniri posse. Iam vero quam cla-
rus bello, quam strenuus sis : quam belli do-

tibus instructissimus, apud omnes audias : no-
tum sane est , ut si in aliquem hac tempesta,
te arma pararentur , tu unus nullius invidia,
communi omnium plausu Imperator desig-
nareris. Atque si futura licet augurari , videre
mihi video maxima cum alacritate , atque
contentione ad praelia , ad hostes milites ac-
currere , utpote victoriae sub tanto duce set-
curos, & tantum non ipsa pericla, atque ele-
menta provocare. Neque bellicas virtutes pos-
sedisse sat erat: etiam Numina dedere, ut togae
dotibus ornareris: quippe qui negotiorum in-
tervalla tanta elegantia dispunxisti, ut pacis ar-
tibus servires , animum disciplinis exercendo.
Tunc equidem virtutes civiles omnes sine
strepitu , & murmure colebas : in amicitiis
fidelis : in sermone sincerus : in cultu simplex:
in lectione assiduus: etiam in minimis diligen-
tissimus. Sed maior revera de te opinio erat,
quam ut posset angustis ignobilis vici cancellis
contineri : in publicam lucem denuo re-
vocatus, additis eclipsi aitoribus, Legationes,
Provincias obiisti : quo genio non quaera-

**

mus.

mus. Pat tibi ubique sapientiae, atque prudenter
tiae fama, è propria penu, non ex illustratio-
ne dissitarum Provinciarum, & Regionum
quaesita; quanquam in hisce mirum, quan-
ta observaris, legeris, aut scriperis. Illud
mihi clata voce licet prodere: cum innume-
ros libtos & selectissimos è Germania, Hol-
landia, Gallia, Italia tecum portares, cogi-
retisque invitus eorum lectionem ad noc-
tes differte, tota die in Aulis absunta, nul-
lum tamen esse, qui non omnino evolu-
tus, atque sedulo examinatus fuerit: his
tuo ipsius stylo notatis, quae vel ad-
mirationem, vel nostris cum moribus
concordiam praeserferent, aut discordiam.
Haec illi discant, qui in pati itinere satis si-
bi consuluisse, aut profecisse putant, si post-
quam animum recrearint, statim nostra fas-
tidiant. Post haec, Celsissime Comes, ad re-
gimen Valentiae promotus, tanta recti-
tudine, probitate, virtute Regnum illud mo-
derabar, ut vix tres essent mensis elapsi,
ut nos non oinog oop: illido usq*cum*

cum iam tota Provincia laudibus tuis per-
sonabat , sentiebatque beneficia. Paulò tan-
dem serius, quām speraverant boni , clavum
tenes in Regia , sed ad tuam gloriā perti-
nuit , prius dignitatem mereti , quam habe-
re. Neque solum in pacanda Urbe , aut com-
ponendis irrequietis animis totus intendis.
Unus hic tibi labor , quantus ille est , si non
horarum , at brevium dierum fuit. Itaque non
solum quietam , tranquillamque regionem
habes, verum & florentem , atque beatam.
Quantum laborum , & aerumnarum verbi
compendio ! Scilicet fovere commercia , fraena-
ta mercatorum tyrannide , noxiā sagaci-
tatem , & industriam detegere , atque pur-
gare: poenas adhibere raras, sed promptas ; at-
que oportunas : improborum temeritatem
nusquam alias quām in Regia faciorem in-
clusam plusquam aeolico utre : in iustitiae
solio quotidie , & perpetuo atsidere : omnes,
& omnia ubique audire , decernere , pro-
videre : cuncta nosse vel in reconditis ani-
mo-

morum recessibus delitescentia : immensam
multitudinem in maxima annonae caritate
sublevare , reficere : gigantei corporis unam
animam esse : vigiliam, inediā ferre , si res,
aut Rex postulant : plurima denique , quae
& moliris , & exequeris : haec vero omnia,
quae plurimorum manus , oculos , ingenia
desiderant , tam alto suppressa silentio , ut
non nisi opera ipsa innotescant , non mihi
humano ingenio , aut viribus duntaxat con-
stare posse videntur. Vetus erat opinio , à
Patribus accepta , Consilii Regalis Praesidem
tot implicari negotiis , curisque molestis , ut
vix tanto oneri unus , atque idem homo par-
esser. Quod si ita est ; quid est de te dicen-
dum , qui non uni praees , sed duobus Consi-
liis , non diu tantum , sed etiam noctu , mul-
toties usque ad galli cantum non civilibus ,
sed & militaribus difficillimis rationibus praec-
pediris ? Vicisti opinionem ; Et quid non vin-
ces auctoritate & virtute ? ; Quid non perfici-
es studio , labore exercitus , & in maximis cu-
ris

tis, negotiisque versatus. Ego vero licet de ista tua praestantia, quantum quilibet aliis, gratulor vehementer, vereor maxime, ne id, quod hac aetate illam amplificat, apud posteros non noceat: nam cum tot, tam praeclara de te legerint, vix fidem tribuent, atque non historiam putabunt, sed fabulam; Quis enim tam est facundus, ut, qua decet, dignitate de theatris, spectaculis, urbis ornamentis, acquatis convallibus, perfoysis montibus, extuctis arcubus, ceterisque in aeternitatem monumentis, quae te auctorem agnoscunt, nulla possit verba facere? Tui vero ipius in maxima potestate verissimam animi temperantiam, qua imperii ipsius aciem hebetas: indecessam ad preces, & negotia patientiam, raram, neque ante visam in percipiendis, aperiendis que rebus perspicaciam, haec qui perpendunt omnia, nihil existimant cum ipsis posse conferri. Me autem illa tua prae ceteris comitas, atque modestia delectat; quae tanta est, ut inter tam grandia tropaea, inter Principis gratiam

etiam , gentiumque suaves susurros ; ita sereno vultu incedas, ac si haec non audisses, aut neglexisses. Frustra Populus tui adspectum ambit . frustra digito , vultu , gestu indicatis: frustra tanta amoris signa , in quae gentes prosiliunt. Tranquillus animus, & ad modestiam compositus nescit superbire, & detrectat encomia , aut aspernatur : Quis unquam tanta, tamque laudanda cogitavit , dixit , atque patravit? Sed si de praedictioribus factis tuis aliquando data occasione verba facis, perinde ea narras, ac si non auctor , sed expectator fuisses , ut meritò dubitetur , antu , an opinio fefellerit : si de victoriis sermo est, ita rem tractas, tanquam si aliquod tibi dedecus allaturaे essent , neque aliud oblivisceris nisi tuam causam. Sed vires nostrae deficiunt eodem sane tempore, quo in dies tua augentur gesta celeberrima: & sicut quondam de nobilissimo milite dictum est, non nisi in cicatricibus vulnerari posse , ita de te nisi repetendo nihil est , quod dicatur. Hunc ego

trium-

triumphum verissimae gloriae per posteritatis
seriem inoffensos cursus agere, litterarum cu-
ra erit, si tam impensè, profusèque, quan-
tum credo, illis faveas: tum illae aliquando
absenti parem virtutibus tuis locum inter
Heroas constituent. Parum enim est in homi-
num memoria, si eam non vetat consenser-
re scribentium fides. D. O. M. ultra omnem
aetatem sospitem te, atque beatissimum ser-
vet: meque tui obsequientissimum, tibique
fausta omnia è Coelo precantem perpetuo
ames, ut facis, tuoque patrocinio dignari
pergas.

Seruimusque uocem.

Agemus. I. Epis. 1.

I. 1512. 72.

Aequa pauperibus prodest,

Locupletibus aequa,

Aequa neglectum pueris,

Senibusque nocebit.

Venusin. lib. i. Epistol.

i. vers. 25.

adverso id omne, quod nulli perfectioni Dei, qua dicitur,



ASSERTIONES JURIS NATURALIS, ET GENTIUM PUBLICE DISCUTIENDAE.

VI

I.

*** E iure naturali acturis, operae pretium est in limine eius existentiam asserere, originemque suum, & auctorem ostendere, nempe DEUM, per Jeremiam dicentem : *dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Unde definiendum hoc ius existimamus: *Imperium, seu iussum divinae voluntatis necessario praeipientis rectae rationi convenientia, & prohibentis contraria, per animi sensu, nobis congenita, patefactum.*

II.

CUM autem vero sit lex hominibus imperans ex decreto divinae voluntatis, & ex can*on* in istis d. q. *leges constituantur, cum promulgantur, opus est;* ut constet de voluntate imperante, vel prohibente: quod quidem contingit per naturae præscripta, cum intellectus noster certus moraliter reddatur de iussu creatoris: *nulla quippe anima est ex Angust. l. 11. de Serm. Domin. quae ratiocinari possit, in cuius conscientia non loquitur Deus.*

A

Hoc

III.

HOCTERO ius naturale legale dividitur in absolutum, quod nequit non obligare, & limitatum, seu hypotheticum, ex hypotesi nimirum certi status proficisciens: utrumque autem hominum duntaxat proprium est: illud quidem immutabile, unum ex fine, uniforme, & universale: quia omnes in quibus recta ratio est, & ubique obstringit: evidens: inter caetera maximè excellens, ut potè eorum norma, & vera ratio naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quae vocat ad officium iubendo, & vetando, ut Lactant. de vero cultu l. 6. c. 8.

IV.

JURIS hujus naturalis in voluntate Dei consistentis, ac per rectam rationem imperantis obiectum, qua præcipiens, est solum intrinsece bonum: qua prohibentis, solum intrinsece malum. Verum quia oritur quaestio, & unde bonitas haec intrinseca colligi debeat, ut eam prosequamur, aut malitia, ut eam vitemus? hic Rhodius, hic saltus est! explosis quorundam commentis, afferendum duximus: principium ultimum, adaequatum, & fundamentale, ex quo discerni possit quidquid ad legem naturalem refertur, esse Deum ipsum, qua auctorem, & gubernatorem naturae humanae infinite perfectum.

V.

SED asserta cognoscendi regula hac generali propositione vere exprimitur: quidquid sapientiae, providentiae, iustitiae, vel alteri Dei perfectioni, qua auctoris, & gubernatoris naturae humanae directe opponitur, id censendum ab eo sub levi, vel gravi culpa necessario prohibitum: quidquid vero perfectio eius ad sapienter creandam, & provide gubernandam naturam humanaam directe exigebat, exigitque necessario, præceptum esse non ambigitur. Ex ad-

3

adverso id omne , quod nulli perfectioni Dei , qua ductoris ,
& gubernatoris nostri nec adhaeret , nec directe opponitur ,
jure naturali nec praeceptum est , nec prohibitum.

VI.

LICET quidam legem naturalem proprio marte auspice ,
sola ratione magistra , universo orbi docendam pro-
mittant ; nos vero , qui parum nobis consisi , decipi
nolumus *similitudinibus rationum* , ut aiebat Aug. principia
inadaequata iuris naturalis indicativa , seu regulas huius
cognoscendi censemus Sacram Scripturam , divinam reve-
lationem , auctoritatem , theologiam naturalem , ac ius de-
nique canonicum , seu civile : his enim adiumentis nec tur-
piter aberrabimus in ijs obligationibus adimplendis , quae
et si à natura proveniant , ita obscurae , & dubiae quando-
que sunt , ut sibi soli relicta ratio nihil concludere valeat.

VII.

HIS principijs legem naturalem , & constituentibus , &
enunciantibus praemissis , non abs re nunc me fac-
tum arbitror , si eius effectum exponam : & pri-
mum quidem , teste Apost. ad Rom. 2. in his verbis: *gen-
tes , quae legem non habent , naturaliter ea , quae legis sunt ,
faciunt , testimonium reddente illis conscientia illorum* , jus na-
turale omnium conscientias adstringit graviter , aut leviter ,
prout ex eius fine , materia , & objecto desumatur : unde ad
huius obligationis implementum , vel transgressionem adesse
libertas debet , vel voluntas .

VIII:

VINCULUM autem ex iure naturae descendens vel est
non strictum , proveniens scilicet ex morali honestate ,
quin tamen ullum onus compensationis , resli-
tutionisvè inducat ; aut strictum , cum haec onera accedunt
necessariae virtutis honestati : huius vero effectus extrinse-
cus , & à iure civili receptus triplex est , compensatio nem-
pe , exceptio , & sic debiti per errorem soluti nulla repetitio .

IX.

SED hic sane probe examinare oportet, si num iure naturali omnia omnibus, & singulis sint obligata? seu quomodo brocardicum illud: *iure naturali omnia sunt communia*, accipi debeat? Et quidem spectata prima rerum constitutione, qua res à Deo conditae, & generi humano donatae sunt, ita omnia erant communia, ut iniustum esset, quempiam à cuiusque rei usu repellere: postquam vero gentes successu temporis, & recta ratione suadente eas diverserunt commodioris usus, & pacis servandae gratia, bonorum communio expiravit: nec Deo obnitente, cuius praeceptum nullum extat, ut res in eodem primo naturae statu semper maneant: cundemque excipit sensum: quod iure naturali omnes homines sint liberi, quin inde servitus naturae aduersetur.

X.

SCIENDUM tamen est, ius naturale quandoque actus quosdam non solum prohibere, sed etiam irritos reddere, ac nullos: cum nimiriū potestas deficit, voluntas, materiae convenientia, & aptitudo. Exinde rei alienae donatio, & matrimonium patris cum filia nullius roboris est ex potestatis moralis defectu, & si physice fortassis exercantur. Idque ipsum continget in omni actu à persona expresse, vel tacite per seipsum à natura, aut per legem positivam facta incapaci, celebrato: & ita matrimonium sub impedimento dirimente etiam juris humani, sive ecclesiastici, sive civilis (Regum quippe potestati talia apponere proculdubio licet secundum se) contractum, iure naturali non subsistit.

XI.

EX defectione quoque voluntatis inanes censentur actus in quorum nuptiacionem deest sufficiens consensus utriusque contrahentis, atque ita expressus dissensus, vis, dolus, errorque substantialis vanum, & futilem actum reddunt, cui causam dederunt, sicut & materiae incapacitas, qualis esset impotentia absoluta coeundi.

Cum

de ultimo ordinio & subi iudeo illius erit, mox
ni illius eiusdem XII.

CUM vero consensus ex ignorantia deficiat, quiaeri asso-
let, & an haec invincibilis circa legem naturalem re-
periri valeat? Et ex D. Hieron. in Epist. ad Agla. 1.
qu. 8. nullus hominum est, qui hanc legem nesciat: (idcirco
iustum iudicium Dei est scribentis in corde humani generis, quod
tibi fieri nolueris, alteri ne feceris.) quoad illa prima, &
universaliora praecepta, quae per se nota intellectui, ra-
tiocinatione non egent; secus tamen praedictam ignorantiam
admissam iri credimus, quoad conclusiones ex gene-
ralibus illis principijs mediate tantum descendentes, &
quae difficiliter perspici valent.

XIII.

POSTQUAM de errore ex ignorantia peregimus, de
eodem ex dolo proveniente sermonem instituere, opus
est. Non quidem de bono illo, seu laudabili soler-
tia; de qua gloriatur Apost. 2. ad Corinth. 12. cum essem
astutus, dolo vos coepi; sed de dolo malo, de illa omni calli-
ditate, fallacia, machinatione ad circumveniendum fallendum,
decipiendumve alterum adhibita, prout definitur in leg. dol-
um. ff. de dol. mal. His enim appositus ab uno contra-
hentium, si versetur circa rei substantiam, extrinsecasve
qualitates, quae causam conventioni dederint, eam red-
dit prorsus inanem ex defectu consensus; si tamen dol-
us causam contractui non dederit, imo etsi eo comperto
initus fuisset, rescissioni locus non patet. Ast deceptus pe-
tere poterit, quantum eius intersit, dolum adhibitum non
fuisse, secluso subtili discrimine contractuum bona fidei, &
stricti juris.

XIV.

Consensum etiam deficere, dubio vacat, ex metu gravi
iniusto in actu, tam ipsi incutienti, quam & alteri
alioqui indebito, extorto. Unde si metum passus ni-
hil aliud intenderet, quam sui a praesenti periculo libera-
tio-

tionem, iure naturali actus irritus, & omnino inutilis est; secus tamen si metus non fuerit causa moralis consensus in actum, sed mera occasio, prout accidit in eo, qui cogitur adimplere, quod aliunde tenetur facere, vel omittere, & si haec aggressio ex parte metum inferentis iniusta sit ratione violentiae: idemque asserimus in actu ex occasione causae necessariae, vel etiam liberae metu gravi elicto, in yoto scilicet emiso in periculo maris, seu à viatore ex latronum timore.

XV.

SED dubium oritur, an iure naturali valeat, & obliget actus, cum quis non alias iniquo aggressori, vel cuiquam tertio obstrictus, serio etiam interne consenserit in obligationem, aut dominij translationem, non tamen ex alia causa quam ad effugiendam mortem sibi hic & nunc minantem? Et proposito Cicer. sola lege naturali magistra, l. 1. de Offic. sensit, illis promissis standum non esse, quae coactus quis metu obtulerit: & nos hac regula nisi, affirmare cogimur, nullam parere obligationem consensum ad redimendam iniustam vexationem excusum, praeceunte D. Thom. 2. 2. qu. 89. à 7. ad 3.

XVI.

QUosdam iuris naturalis effectus breviter perstrinximus, sequitur nunc, ad quem finem illi effectus colliment, ostendere: quae utilitas nobis ex huius iuris observantia: & an diversi status adventitii ei aliquid addant, aut detrahant. Et quidem cum vel ex Poeta Ethnico: oderunt peccare boni virtutis amore :::: oderunt peccare mali formidine poenae D. O. M. obiectum asserere iustitiae naturalis, eiusque finem aeternam felicitatem constituere decrevimus: quia negato praemio aeterno, non est, quod ad virtutem allicit, & à vitijs deterreat: molestia enim, & voluptas temporanea minimum movent, & potius animos irritant, quam appetitum exsatiant. Unde aiebat Aug. de Conſt. l. 1. c. 4. & 5.: dicebat Epicurus: mibi frui carne bonum est: dicebat Stoic.

Stoicus : mibi frui mea mente bonum est : dicebat Apostolus : mibi autem adhaerere Deo bonum est : errat Epicurus, fallitur Stoicus ; tunc enim anima vivit , si non secundum carnem , nec secundum se ipsam vivit , sed secundum Deum : sicut enim anima carnis , ita Deus animat vita est.

XVII.

Conmodum vero proveniens ex accurata legis naturalis observatione nobis innuit D. Thom. qu. 14. de Veritate art. 11. ad 1. ubi ait : *siquis in silvis duxit unius luminis naturalis sequatur in appetitu boni, & fuga mali, certissime tenendum est, quod et Deus vel per internam inspirationem revelaret ea, quae credenda sunt, vel aliquem fideli praedicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium.* Act. 10. nam Deus summe bonus , qui hominem condidit ad gloriam suam extrinsecam , media , quibus ad salutem perveniat , subministravit.

XVIII.

HANC vero legem , quae ab eius fine maxime pollet , minime tollit status hominis adventitus: unde primigenia illa naturae lex immutabilis erit , licet materia legis extrinsece vicissitudinem recipiat propter statum supervenientem societatis humanae universalis , vel singularis.

XIX.

Postquam bases , & fundamenta iurisprudentiae naturalis posuimus , & quedam eius generaliora praecipta deteximus , ad specificas obligationes in officijs Deo , nobis metiis , & proximo iuri naturali praestandis consistentes , ultro concedimus . Primus enim etiam secundum Ethnicos ex Senec. epist. 95. Deorum cultus est , credere Deos , deinde reddere illis maiestatem suam , reddere beatitatem , sine qua nulla est maiestas . Evidem existentiam Dei , eiusque vulgarem notionem ipsa rerum vicissitudo , solis , & lunae interruptus cursus , ac tota Coelorum machina praese-

sefert, & narrat: quod vero sit sapiens, iustus, providus, immortalis, supremus dominus, puniens delicta, & virtutum remunerator, quivis etiam rudi minerva capere potens erit.

XX.

Igitur homo his cognitionibus praeditus, & de Deo recte sentiens tamquam de auctore naturae, & ente summe necessario ei cultum exhibere tenetur, internum nempe in veneracione mentis Deo votac consistentem, & externum, ac mixtum, ostendendo se eius servum, & cultorem, non utique certi cultus, sed obsequia debiti amoris, quae creator cordibus nostris inseruit, praestando: officia laudis, honoris, & reverentiae in invocatione pro beneficijs accipiendis, & gratiarum actione pro acceptis fundata retribuendo: ea denique fugiendo, & vetando, quae ipsa natura Deo ingrata nobis promulgat.

XXI.

HINC recte depromitur, finem naturae humanae, & religionis naturalis in statu, quo nunc vivimus, scilicet elevato, eoque non primigenio, sed adventitio, & civili sub Christo reparatore, Magistratibus, & lege positiva tam divina, quam humana constituto, esse quoad substantiam omnino cundem cum fine religionis christianaec, nec unum ab altero, nisi quoad modum differri.

XXII.

SED inter alias de lege naturali quaestio nobilissima est, num religio interna hoc iure ab omni imperio, & potestate coactiva sit libera? Et supposito, neminem prudenter ambigere, quin ad actum internum solo consensu perficiendum, legitimosque Magistratus omnino latenter nullus cogere posset, cum libertas naturalis facultatem faciendi, quod liber, praesupererat, nisi quid vi, aut jure prohibetur, asserendum est: religionem tam internam, quam externam liberam esse libertate autonomica vivendi, & Deum co-

9

colendi , non quomodocunque , & cuicunque liber , sed ut per leges naturales , & divinas necesse est , & ad salutem expedit : ac idem ius in conscientia Principes , & Magistratus devincit , ut pro viribus suis , seclusis inevitabilis alterius gravis mali , aut summae necessitatis circumstantiis , falsam religionem externe manifestatam impediunt , ac veram promoveant , & tueantur : prout effecerunt Constantinus , & Iustinianus in suo Cod. repet. praelect. tot. tit. de Sum. Trin. nam licet superior nequeat ferri in actus mere internos vi coactiva , vi tamen directiva potest naturalia , & divina praecepta declarare , vel etiam de novo praecepere , ut subditi recte de Deo credant , & sentiant , praecepti effectum ipsorum conscientiis relinquendo , ut si non obedierint , Deo respondeant , qui renes , & corda scrutatur .

XXIII.

DE officiis Deo exhibendis hucusque pertractavimus : recto ergo ordine ad ea procedere oportet , quae sibi ipsi homo praestare tenetur : & haec ad animum alia , alia ad corpus spectant : utraque vero exigunt vitae honestatem , convenientem statui culturam , rectum usum facultatum internarum , & externarum : nonnulla vero à naturali iustitia : reliqua à sola decentia proveniunt , oriunturque à Deo , tamquam suo principio immediato , & adaequato : nam homo , quidquid est , dicente Platon. *Dei possessio est* : & à principiis mediatis , & inadaequatis , qualia sunt amor sibi naturaliter debitus , & recta constitutio generis humani ad felicitatem naturae rationalis necessaria.

XXIV.

VITAE ergo honestas in recto usu facultatum animae , & corporis sistit : utiusquisque enim intellectum , & voluntatem tenetur excolere quoad Deum , quoad seipsum , ac denique erga proximos , ut eius mens notioribus , quibus oportet , instructa , suos nexus omnino expediat , & voluntas rationi subiiciatur , ut omnes animi la-

bes compescat , & inordinatos affectus coercent : imo haec ita comparare sollicite curandum est , ut non modo praecpta officia accurate praestentur , sed etiam illa quae in sola decentia nituntur : ita docente Senec. de Form. vit. cunctis esto benignus , nemini blandus , paucis familiaris , omnibus aequus , ad misericordiam pronus , in adversis firmus , in prosperis captus , & humilis.

XXV.

SANE honestas vitae exteriorem hominis culturam spectans , prout lege naturali sancta est , in necessariae vitae conservatione , sanitatis , & integritatis corporis custodia vertitur. Haec enim bona , quorum usus duntaxat penes homines est , extra casus iusti belli , martyrij , aliasve rationabilis causae quilibet servare tenetur , elsq[ue] uti congruo ad finem assequendum modo , & salva , ut dici assolet , rei substantia. Quamobrem nosmetipso alere cogimur , ac prudentem curam propriae valetudinis exhibere: econtra prohibita est omnis ingluvies , ebrietas , (quorum nomine & antr ophagia continetur) malitiosa mutilatio , & directa sui occisio.

XXVI.

HOC vero preecepsum complectitur etiam rectum usum facultatum tam corporis , quam fortunae : illae consistunt in quinque sensibus externis , alijsque corporis dotibus : per fortunae facultates intelligimus diuitias , pecuniam , possessiones , & quidquid ab extrinseco ordinatum est ad miserias hominum sublevandas: his enim velut instrumentis deserвiri cogimur , ut directe , vel indirecte saltē ad finem à Domino prefixum contendamus. Itaque isth[ic]e munera non adimplent , qui aliquo sensu otiose , & inutiliter ad solam voluptatem abutuntur , & qui intemperanter pecunias profundendo , prodigalitatis virtus laborant.

XXVII.

EX his certe oportet inferri, iure naturali luxuriam omnem in suo genere prohibitam esse: cuius species sunt fornicatio simplex, stuprum, raptus, adulterium, incestus, sacrilegium, molities, sodomia, & bestialitas, omnis denique impudicitia, seu prava desideria in genere luxuria, vaga scortatio, tactus, oscula extra matrimonium, non minus quam auditus, & aspectus, qui a naturae lege abhorrent, & rectae rationi repugnant.

XXVIII.

SED cum homo inter officia sibi debita quoddam etiam ius necessitatis habeat, quo interdum aliorum cum laesione uti valeat, hoc privilegium explanare, & certis limitibus circumscribere opera pretium duxi, ne amplius, quam par est, in aliorum praecidicium, & iniuriam explicetur. Et quidem necessitas ex Aristot. vel est absoluta, vel moralis, prout aliquid aliter fieri nequit simpliciter, aut saltem naturaliter, seu physice, vel solummodo moraliter, hoc est, sine maxima difficultate: posterior haec vel est extrema, sive corporalis, sive spiritualis: vel est gravis, corpus etiam, vel animam afficiens, ac demum communis, in qua scilicet censentur esse pauperes ostiati mendicantes.

LXXX.

XXIX.

HAC necessitatis facta partitione, quoad propositum attinet, sequitur, axiomati illo in C. 4. extr. de Reg. iur. nempe, *quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum*, hic ex iure naturali suffundere. Et asserto principio, necessitatem absolutam, sive physice, sive moraliter hic & nunc invincibilem, aliquid facientem, vel omittentem viellius, à poena, & culpa immunem reddere: affirmare non cunctamur, nullam actionem a iure absoluto naturali prohibitam, etiam qualibet cogente necessitate, vel morali, fieri licitam: perinde ac si ex eodem iure hypotheti-

tico reperiatur cohibita: nisi forsitan praeceptum materia mutetur: secus vero extrema necessitas moralis, & saepe gravis honestum efficit actum, duntaxat lege positiva, humana, vel etiam divina prohibitum: nisi in bonum communitatis, grave alias malum subiturae dirigatur, contemptum legis, legislatorisve includat, aut medium simpliciter ad salutem necessarium evertat: licet pro foro externo ad legis violatae suspicionem tollendam superiori innotescere debeat. Tandem necessitas communis vires legis, etiam positivae, & humanae nusquam imminuit, aut enervat.

XXX.

EX hoc necessitatis privilegio infertur, posse extreme indigentem aliena conrectare: non quia reddantur communia ex hac causa, liberumque sit alienis uti, perinde ac propriis, sed quia vinculum imperfectum obstringens ad sublevandam proximorum deiectionem perficitur: ita ut si facultas magistratum adeundi sub manu esset, quilibet compelleretur ad vitae subsidia praestanda, sed quia tempus non suppetit, & fames, seu nuditas urgent, capere vel clam, vel aperta vi poterit esuriens, aut nudus, quod ad sui conservationem exegerit: ea tamen lege, ut si aliquando ad pinguiorem fortunam devenerit, restitutiōnē sit obnoxius, praecipue si res magni praetii sit.

XXXI.

Quemadmodum verum est, homini ius defensionis competere, ita etiam certum existimamus, nullam plenumque adesse obligationem huiusc facultatis exercendae, praesertim aggressorem occidendi: teste Quintilian. decla. 7. cuncta, si videatur, iura percurrante, nusquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod praefat, extorqueat: quin immo licet saepe occidere iustum invasorem tam iure naturali, quam civili, canonico, ac etiam Divino committatur; id tamen non procedit, cum iniustus aggressor appellatus est Rex, Princeps, aliavel persona valde utilis, aut saluti publicae necessaria; vel si praevideatur magna incom-

13

moda in rem publicam , familiam regiam , aut regni statum exinde secutura : omnibus enim bonis expedit , salvam esse rem publicam . ex Cicer. l. 2. de Offic.

XXXII.

SED cum haec omnia exaudienda sint cum moderacione inculpatae tutelae , huius conditiones explanare , nostri muneric erit . Evidem defensio inculpata erit quoad causam , si nullam invasori dederit aggressus , & quoad modum , si maiori vi non utatur , quam opus est ad iniuriam arcendam . Praeterea requiritur , ut periculum sit certum , praesens , & quod aliter vitari , aut reparari nequeat : et si de fortunae bonis sermo sit , ut damnum magni aestimetur .

XXXIII.

NUNC de famae , & honoris tuitione aliqua non nihil utilia differere progredimur . Et cum crudelis existimandus sit ex August. qui famam negligit statuere audemus , totalem famae neglectum naturae legi repugnare : maxime si cum praeiudicio alterius iungatur aut infamia tertio irrogetur , vel si necessaria sit ad perfecte exhibendum officium alteri stricto iure debitum . Unde quilibet compositionis etiam in ordine religioso constitutus , ad eius conservationem intendere valet per media honesta , & statui congrua , vel superiore invito .

XXXIV.

SED animadvertere oportet , defensioni occiduae (praetermisso primo quolibet motu animum , & rationem perturbanti) laesi honoris causa nullum in praxi locum esse : ideoque & duellum , omni lege prohibitum , & ne vix quidem ab ulla gente barbara permisum , iuri naturali omnino repugnat . Voleintem etiam vim pudicitiae inferre , quae , Ovid. canente nulla reparabilis arte (laesa pudicitia est) deperit illa semel , occidere licet , turpi conatus officendo ; secus vero ex postfacto , propriae vindictae gratia

gratia, cuius exercendas privata auctoritate in statu so-
ciali nullum ius est.

XXXV.

Officia Deo, & nobis metiis praestanda palam fecimus:
superest modo, ea quae proximis debentur, tam
unicuique privato, quam civitati, aut reipubli-
cae, seu magistratibus dignoscere: Haec autem officia, cum
sint actiones, vel omissiones iure naturali ordinatae, sunt
vel perfecta, quorum exigendorum adest potestas: vel im-
perfecta, in naturae acquisitatem nixa: vel absoluta, quorum
obligatio homini coacta est: vel hypothetica denique, ex
allicuius facti hypotesi provenientia.

XXXVI.

SANE haec officia interne, & externe exhiberi iubet tam
societatis, & publicae pacis conservatio, quam nos-
tri conditoris perfectio, ex cuius verbo, & exem-
pto iniurias parere, & à memoria repellere oportet: non
quidem eas, quae reipublicac inferuntur, & communi vin-
dicta publica propulsantur, sed priyatæ, quae iudicibus,
& magistratibus compescendæ traduntur, ne crima im-
punita permaneant.

XXXVII

Ad duo potissimum capita referre placet officia erga
proximos perfecta, quorum primo negativo, nem-
inem laedere iubemur: secundo vero affirmativo, ius
suum cuique tribuere adstringimur. His tamen praeceptis
non solum perfectæ, absolutæ, & hominibus congenitæ
obligationes continentur, sed adventitiae etiam, ex con-
sensu, conventione, & civili dispositione subortæ.

XXXVIII.

Ne quis tanien existimet, ex praecepto illo neminem laedendi, nocentem, & malefactorem interficere numquam licere: affirmare cogimur, Principibus, & Magistratibus, penes quos rerum arbitrium, quibusque fatus Reipublicae concredita est, non solum permissam, sed à lege naturali imperatam sontium animadversionem: *non enim sine causa gladium portant; his tamen seclusis, nec adulterum deprehensum é vivis tollere in statu degentibus conceditur, cum singulis relinquendum non sit, quod per Magistratus publice expediri potest.*

XXXIX.

Haec tenus de iure naturali disputatum est, cuius principia, existentiam, & proprietates summatim diximus: nunc ad jus gentium studia nostra convertere, tempus est. Licet enim ab illo discretum, & omnium communis placito, ac tacito consensu stabilitum ad societatis tranquillitatem, & pacis conservationem, à ratione tamen naturali descendit, & potissimum ad ea spectat, quae ius ipsum naturale confirmant.

XL.

Ergo supponimus contra paucos aliter sentientes, aliud esse ius gentium, vim legis habens, ad cuius normam societas primaevi statui superveniens rite humano modo instituatur, quodque controversias nationum nullum inter se connexum habentium dirimat: in coquendo describendo, Imperatori Justiniano adhaeremus, qui in §. 2. institut. de Jur. nat. gent. & civ. id esse dicit, *quod humanis necessitatibus exigentibus, utilitatibusque suadentibus, usu, & moribus omnium, aut certe moratorium introductum est.*

XL.

Huius autem origo causal is immédiat e descendit ex necessitate, & utilitate gentium post primigeniam bonorum communionem divisarum: cum enim nulla sibi sola sufficeret, ex Poeta, non enim fert omnia telus, ipsa natura per lumen rationis gentes adegit ad ineundae societatis foedus, quo se melius vicissim iuvarent. Orig o vero formalis huius iuris est pactum tacitum longaevo usu firmatum, vim habens legis omnes reciproce obstringentis: constituerunt enim, irquit Alterie Certil. ius gentium inter se omnes, vel multae gentes non fortuito, aut altera alterius imitatione, sed quasi ex compacto: non quod convenerint, ut legem scriberent, sed quod utilitas, & necessitas plerumque omnium provocaverit, & obtinuerit consensum: & ex hoc deinceps ius constitutum est.

XLII.

CUM hoc ius positivum ab hominibus duntaxat inducatur intra terminos vitae coeretur, & gentium civilem felicitatem respiciat, à iure naturali dissertur ratione originis, quia non est homini congehitum: ratione causae efficientis, quia non est à D. O. M. conditum: ratione causae finalis, quia non absolutam naturae necessitatem in intrinseca morum honestate nixam intuetur, sed societatis conservationem, bonos cives formando. Denique ratione obiecti, obligationis, & materiae: ad ea quippe circumfertur, quae ex arbitrio proficiscuntur, contrario pacto immutari valent, & eos tantum obstringunt, qui conventioni tacitae se subiecere.

XLIII.

SIC vero acceptum pro iure solum gentium legali, sive saltem moratores populos obligandi habente,

dividitur in affirmativum, negativum, & permissivum, *omnis enim legis virtus est imperare, vetare, permittere.* Primum aliquid agere iubens, ut bellum solemniter per feciales indicere; secundum aliquid omittere imperans, ne scilicet commercia absque rationabili causa inhibeantur: tertium denique nec praecipiens, nec prohibens, sed negative se habens, bona, ac indifferentia tolerando, & saepe malorum impunitatem extrinsecam indulgendo. Alias vero divisiones, ut inanes, & parum accuratas praetermittimus.

XLIV.

CUM ex hactenus dictis appareat, ius gentium obligationem inducere non solum nationes, ac earum membra, sed etiam Principes, & summa orbis capita devincientem, iudices, & forum dignoscere operaepretium erit. Profecto gentes ipsae, & populi per suos legatos de huiusce generis causis sententiam proferunt: fit enim congressus producitur siquae in scriptis conuentio, usus, & conniventia affertur, adhibentur arbitri, si haec admisso mandato legatorum continetur: et si denique res iniudicata supersit, & congressus irriti evadant, ad martem provocandum, attestante Cassiodor. *quod tunc solum utile est, concurrendo ad arma, cum locum apud hostem invenire non possit iustitia.*

XLV.

QUAMQUAM diximus, ius gentium mutabile esse, idque verum credimus non solum per accidens, sed etiam per se, directe, ac formaliter (nam cum mutuo consensu inductum sit, codem modo valet dissolvi) tamen moraliter impossibile videtur, ut totum, & ex omni parte definat, atque eliminetur: renunciatio enim unius nationis ius aliis competens tollere nequit; et si ex desuetudine dubium oriatur A.A. de moribus, & gestis regnorum disceptantium scribentes consulendi sunt.

XLVI. *Hoc iure gentium*

XLVII.

Profecto cum à natura omnia essent communia, cuilibet que liberum esset, ea praecessumere, quae sibi magis placebant, dominium occupatione nancisceretur: non quidem proprietatis, hoc enim ex lege gentium ad pacem, & meliorem rerum administrationem, possessionumque diligenteri culturam ex illo Aristotel. *amabile bonum, cuique autem proprium, inductum est: praeeunte exemplo Abrahæ, & Lot, ad iurgia, & contentiones vitandas, regiones dividentium.*

XLVIII.

Licet enim ab auctore naturae res veluti in medio exposita hominum ditioni omnes subiectae sint, hoc tamen dominium proprietatis appellatum, quia non meram naturae exigentiam respicit, sed plenam de re disponendi tamquam sua cum caeterorum exclusione potestatem continet, utilitate, & necessitate propter exuberantem hominum turbam exposcente, consensu saltim tacito gentium receptum est. Quis enim uni, vel alteri Noahidarum familiae bona aequali iure ad universum genus humanum expectantia adilicere poterat, nisi reliquorum aliquis consensus accessisset?

XLIX.

UNDE dominia primum acquisita esse constat per divisionem, occupationem, & fortitionem, hosque originarios dominii adipiscendi modos vocamus, quia ex his nostra facimus, quae communia antea, vel nullius potestati subiecta fuerant. Alii vero derivativi appellantur, per quos scilicet proprietas uni acquisita in alium transferunt, seu derivatur.

EX his sane quidam ex facto rem suam in alium transmittere volentis, & huius acceptantis proveniunt: contractus puta, pacta, renunciationes spontaneae, alienationes, donationes, & ultimae voluntates: quidam vero ex iuris dispositione dominia aliquando etiam invito acquirenti adiicientis originem trahunt: ad quos referri solent successio ab intestato, testamentorum factio, usucatio, & praescriptione: sed ne perperam haec intelligantur, scire oportet, pleraque ex his a iure gentium permisivo dunt taxat, ac remoto desumi, quoad formam enim, & substantiam iuris civilis existimantur.

LII.

SED fortassis sub praedicta divisione non ita commode omnes titulorum species complectuntur, ut alios praeterea admittere opus non sit: & nos pro maiori brevitate a Iustinian. in tit. de Rer. div. & acq. ipsar. domin. recensitos, & ex eius mente originem a iure gentium, ducentes admittimus, & sustinemus sub admonitione praedicta.

LII.

SED cum ex illo Davidis, omnia subiecisti sub pedibus eius, tunc oves, & boves universas, insuper & pecora campi, vol-

lucres coeli, & pisces maris quaeratur ; num mare unius certae gentis ditioni cum aliarum ex clusione subesse possit? ex generali lege , qua nititur occupatio , scilicet quod rem in nullius dominio existentem animo acquirendi apprehendendo nostram facimus , afferere cogimur : non solum mare internum , & undique finibus cuiusdam nationis conclusum illas potestati subiici valere , ita ut ex teris populis piscationem coralliorum , margaritarum extractionem , aliasque utilitates prohibeat , salva navigatione , sed etiam mare aperatum ab unoquoque populo vindicari posse , qua parte sua littora alluit , nisi quatenus humanitatis leges , aut usus innoxius extraneis aliquid concedendum suadent , aut interdum iubent . Mare vero plenum acquisitionis , & dominii exp̄pers omnino censamus .

LIII.

QUIA tamen homines à natura aequales conspicimus , & à dominio exempti existimari poterunt , cum revera in statu naturae integræ servi incogniti fuerint , statuere non absire erit , servitutem licet contra primævam naturæ conditionem , supposita prævaricatione , rationi non obsistere : ideoque homo alterius potestati subiicitur iure belli , nativitate , emptione , & iusta condemnatione . Et propter hanc multiplicem acquisitionem ad modos acquirendi , non ad bellum caput præsens quaesitum retulimus .

LIV.

SIC iure gentium stabilita servitute dubium exurgit utrum videlicet servi præfatis modis acquisiti licheniente aufugere valeant , dominorum potestati se subtrahendo ? Et certo servos iniuste captos , vel detentos fugere , & impedientem repellere posse , notum est : perinde ac si ad peccatum cogantur , aut durius tractentur ; sed ex adverso citra iniuriam in fugam se coniicere nequeunt , qui à semetipsis vel eorum parentibus venditi , aut ex poena in ser-

vitatem rediguntur. Verum circa bello captos concludimus ex prudentia sententia licite ad suos refugere valere, licet domino persequenti resistere non debeant.

L V.

CONUM inter occupationis species recte numeretur venatio, tamquam a naturali ratione proveniens, quicquid putavere, nec a Principe interdicti posse; nos vero incunctanter asserimus, Principes suis subditis venationem prohibere in locis tam publicis, quam privatis valeat, & sibi ipsis reservare, quin obstat praescriptio contraria.

L VI.

EGIMUS hucusque de origine dominii, & eius acquirendi modis primitivis: sequitur de derivativis disquirere, quibus adscribenda praescriptio, cuius originem iuri gentium tribuimus, formam vero civili: namque est, etiam inter populos liberos, nec ulli addictos immemorialem possessionem olim militasse, & nunc in negotiis exequendis maximam exercere vim.

L VII.

HIS de origine dominii peractis, eiusque adipiscendum a iure gentium praescriptis modis, pergimus huius legis praeccipuum partem, eam maxime, quae societas respicit, explanare. Sane cum homines licet coacteris animantibus ratione, sapientia, & sermone praestantes, imbecilles tamen, infirmi & omnium auxilio destituti ad propulsandos extraneos impetus exoriantur, indigne indigentes, quippe qui ab ipso statim ortu nihil aliud possunt, quam fragilitatis suae conditione plorata fletibus omnari; necessarium porro fuit, ut eiusmodi necessitatibus consulteretur, ne vagi, & palantes instar ferarum in foliis

litudine errarent, sed in societate viventes in vicem sibi adiumento essent.

LVIII.

Agnoscimus certe hominem naturaliter civilem, & sociabilem esse, ac plurima, quibus maxime potest, iniuria in solitudine remanere: verum cum prius quam corpora politica, seu reipublicae constituerentur, extiterint in familias segreges dispersi, in quibus sibi mutua officia praestare valerent, & facultatibus uti, queis ordinati nascuntur, nihilque prohibeat in eadem vivendi forma perdurasse, maiorem utilitatem, & commoditatem primos Cham, & Nemrod adduxisse censemus, ut homines in civitatem cogerent, & rempublicam: quam exinde communi consensu receptam juri gentium tribuendam putamus.

LIX.

Ceterum cum nulla societas sine aliqua vi gubernari possit, & providente consistere possit: nam si omnes aequales essent, & nulli potestati subjecti, unoquoque ex sua sententia, & arbitrio in diversitatem tendente, necessario distraheretur coetus, & dissolveretur civitas, consequitur eundem esse finem, eandemque necessitatem publicarum potestatum, quarum originem remotum auctori Deo acceptum ferimus, usum vero, & exercitium communi hominum placito adiicere necesse est.

LX.

SANCTI quidem penes ipsam rempublicam imperium, & dominationem ab initio extitisse, prudenter est: cum par supra parem nullam potestatem haberet; sed ex quo suo munere functa civitas determinata regimini formam optaverit, si in certam familiam, aut

aut personam summam potestatem transtulerit , poenitentiae locus non est : Nam quod principio voluntatis, postea necessitatis efficitur : divino oraculo dicente : *subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum , sive Regi , quasi praecellentii , sive ducibus tamquam ab eo missis.*

LXI.

QUIA tamen haec summa potestas non solum penes unum , verum & penes populum , ac denique penes optimates consistere valet , triplicem regiminis formam statuendam duximus : Democratiam nempe , ubi singuli cives ius sufragii retinent , & in comitiis generalibus quidquid ad summam rerum spectat , & reipublicae universum statum respicit , peragitur : Aristocratiam , ubi per senatum haec alta iurisdictio expeditur: & demum Monarchiam , cum unius potestati omnia committuntur.

LXII.

EX his tamen Monarchia maxime excellit , teste Tacit. lib. 1. ann. discordantis patriae non aliud est remedium , quam si ab uno regeretur : turbidis namque , & in summum discrimen adductis civitatis rebus Dictator senatusconsulto creabatur , cui suprema potestas ea formula conferebatur , ne quid respublica detrimenti caperet . Verum praeter has regiminis formas regulares plurimae aliae sunt , quae & irregulares appellantur , seu mixtae , quae ex praedictis simul conyantur , & in quamdam speciem diversimode temperatam degenerant.

LXIII.

Potestas vero , & imperium monarchicum acquiritur vel populi placito , & consensu per electionem , aut successionem haereditariam , sive linealem , vel populo invito armis , & bello subacto . Sed quolibet ex his modis inducto , ita ejus

25. eins ordinationi populus subiectus est, ut si forsan leges considerit, vel consuetudines admisserit, Principis confirmationem ad sui valorem exposcant: *reipublicae enim ait Asin.* Gall. apud Tacit. l. 1. ann. c. 12. *unum est corpus, atque unius animo regendum.*

LXIV.

POstquam discretae gentes, regna condita, & societates civiles statutae fuerunt, bellum iure gentium receptum est, quod paulo aliter ex Grotio, quam vulgo accipi solet, interpretandum censeo, nempe ut certa bellorum forma à iure gentium sit introducta, quam formam, quae habeant bella, eam peculiares ex iure gentium effectus consequantur; originem vero eorum saltim temote ex cupiditatibus naturae corrupiae deponere oportet: avaritiae namque fraenis laxatis aliena appetimus, potiusquam nostra elargimur: inde, uti ait Chrysostom. *ortum traxit meum ac tuum, frigidum illud verbum innumera gignens bella.*

LXV.

BELLUM ergo, prout à iure gentium descendit, & certis limitibus circumscriptum est, definitur ex Alberic. Gentil. publicorum armorum iusta contentio: vel si mavis, est eorum, qui suae potestatis sunt, iuris sui persequendi ergo concertatio per vim, vel dolum. Dividitur communiter in aggressivum, & defensivum: illud nempe, quo ius aliquod persequitur, seu iniuria vindicatur, quae alter reparari, aut satisfieri nequit: defensivum, quo vis iniuste illata cum moderamine inculpatae tutelae repellitur, ac pro defensione regni, provinciae, subditorum, amicorum, aut confoederatorum suscipitur: in hostile etiam, quod in extream, & peregrinam gentem dirigitur, & civitem, quod inter eiusdem status membra vertitur, partiri solet.

Hinc

LXVI.

Hinc absolute certum est, bellum iuste exortum, & debitibus conditionibus praeditum, licitum esse, non repugnans naturae legi, & a iure gentium stabilitum, seu eius forma legitima designata. Verum acque falsum aestimandum est multorum principium, qui victoriarum eventu belli iustitiam metiuntur: bac quippe ratione immanissima Turcarnm tyrannis tot victoriis de Graecia, & Hispania reportatis, iusta efficeretur, nec Israeliticus populus tam saepius cacci a veri Numinis hostibus potuisset.

LXVII.

Sane iustitia belli in eo maxime sistere notum est, si defensivum sit, quod defensio necessario suscipiatur, & aggressor aliter induci nequeat, ad omitendum invasum: quod adsit iusta causa, opinio finitimus, aut existimatio, vel persuasio iustitiae, ac denique recta intentio, quae non ex libidine dominandi, aut ex privata vindicta, sive virium, & potentiae vana ostentatione proveniat, sed duntaxat scopum habeat, populum immunem ab iniuria reddendi, & pacem armis comparandi.

LXVIII.

QUOAD bellum vero aggressivum, etiam tria adesse oportet, ut iuste moliantur: eadem, nimirum iusta causa, rectus finis, ac praeterea auctoritas in indicente: hoc enim ex iure summae potestatis descendit, seu ex illa qualitate, quae sermone vulgari Soberania appellatur: exinde bella, quae civilia diximus, & tamquam membrum divisionis censentur, ea sunt,

quae gerit Princeps , vel Magistratus erga subditos rebelles , & contumaces ; secusvero feditones , & dissensiones , quae omni rectae obsistunt rationi.

LXIX.

INITIUM tamen iustum belli non satis est in causa , ut prosequatur , cum hostis se paratum profitetur , iniuriis satisfacere : etenim reparandi , vindicandi , aut repellendi causa solum potuerat ad arma lícite permovere : ast securitatis publicae (pacta satisfactione , & compensatione) in futurum si dubitetur , exigi possunt , & solent in hunc finem cautiones , & aliorum sponsiones , quas vulgo garantias vocant.

LXX.

SED ; num Principi , aut Republicae , qui per alterius ditionis terras ad bellum iustum erga suum adversarium instituendum , exercitum perducere solicite appetit , transitus permitti debeat ? discuti solet . Et quidem si innoxius , & pacificus sine proprio damno , & alterius belligrantis querela , concedi valeat , praemissa de non laedendo cautione , amice expetitus anni debet ; verum si à Princepe , vel Republica neutri belligerantium adhaerenti negetur , exercitus vicinus poterit armis , & bello viam sibi aperire : eo tamen moderamine prae oculis habito , ne impedientem ulterius expugnet , quam par est ad iustum alias expeditionem prosequendam.

LXXI.

ET si ex iure belli res hostium correctare licet , sacra tamen revereri necesse est . Unde simulacra , in quibus Numen aliquod incelle creditur , violari aut corrum-

rumpi ab eandem religionem profitente nefas erit ; ceteras vero res sacris usibus degervientes , & quae magni aestimantur , de medio auferre iuri gentium non repugnat , dummodo reverentia illis debita pertractentur , eo solo fine , ne aliquando in profana convertantur , & pro temporum necessitate hostium indigentiae subleycenda proficiant.

LXXII.

SED anceps quaestio ; an christiani victores possint iusti-
to saltem ex sua parte bello aprehensos captivos
christianos ad militiam cogere , ut contra priores
suos duces , & Principes arma sumant ? Et sane hodie ex iure
gentium , moratorum nempe , servi non efficiuntur bello
capti , ita ut vendi possint , ad operas urgeri , aut alia simi-
lia pati : proinde nec sacramentum militare per bellicam apre-
hensionem putamus abrumpi.

LXXIII.

Re pressaliae , quae ius sunt , quo magistratus , sive se-
ipsum , sive suos in casu denegatae ab extraneis ma-
gistratibus iustitiae ab illata per eosdem iniuria vin-
dicat , redditque indemnes , licet à natura originem ducant ,
vi tamen formae ad ius gentium referuntur , quo sanctum , ut
pro republica subditorum bona oppignorata habeantur : ut
vero licite fiant , manifesta , gravisque iniuria praecesserit ,
opus est : ac postquam superior delinquentem admonuerit ,
satisfactionem , quam culpabiliter recusat , desumere iubeat ,
& ne plus damni inferatur , quam praeiudicio respondet .

Da

His

LXXIV.

HIS de bello peractis, nonnihil de foederibus differere oportet, quae inter personas publicas, & supremas potestates intercedunt, ac pro liga, pacto, societate, seu amicitia sumuntur, definiri que solent: *Contentiones publicae à personis summa praeditis potestate legitime initae communitatis causa*: horum autem origo societati civili coaeva censetur: postquam enim gentes in unam rem publicam rationalem coaluerunt, divisio subsecuta est, commercia, & negotia utilitati, ac commoditati humanae proficia recepta sunt: foederum demum, pactorum, sponsionum conventionis in mutua fide consistens ad ea firmanda admissa est.

LXXV.

Materia foederum duntaxat sunt res honestae, & licet
tae, pax publica nimiri, vera religio, matrimon-
nia, successiones, commercia, auxilia, bellum,
induciae, aliave negotia reipublicae salutem expectantia:
eapropter cum potius bonum socium, ac bonum civem,
quam bonum hominem formare nitantur, ex gentium com-
muni placito descendere notum est, et si eorum implementum
a lege naturali praecepsrum reperiatur.

LXXVI.

CERTUM ergo evadit, foedera, quibus pax i publicz
sanctitur, aut plures Principes, seu Respublicae mutuo
inter se vinculo devincuntur sine technis; amphibolo-
giisque celebranda, atque ita sancte facta sancte etiam custo-
dienda: quodsi aliquod dubium exorsatur ob verborum perple-
xitatem talis interpretatio adhibenda est, qualis ex vocum pro-
prietate, & gentium consuetudine, spreta ingeniorum subtilita-
te

te, peti possit. Verum enim vero valde agitatur inter D.D. ⁱⁿnum
liceat cum infidelibus foedera inicere. Et quoad res adiaphoras,
seu alium infidelem bello coercendum omnes affirmant: nos
vero etiam licita asserimus, quando erga alium fidelem paci-
cuntur: in bello nempe aperte iusto, secluso omnis scan-
dali periculo, & praeiudicii, vel damni in religionem ca-
tholicam non emersuri morali interveniente certitudine.

LXXVII.

BEllum, & cum hoste contracta foedera sequitur pax,
quae districte, ac habito respectu ad tumultus bel-
licos definitur: *amicitia restauratio inter eos, qui
hostes invicem erant.* Pax enim est belli finis, & bellum ge-
ritur, ut pax obtineatur. Dividitur in publicam, & priva-
tam, perpetuam, & temporalem, universalem, & parti-
cularem: & licet per se spectata à natura praecipiatur, in
ordine ad bellum à iure gentium ortum habet, cuiusque
feriendae facultas, sicut & bellum indicendi ad Mater-
ratatem pertinet, ac penes summos imperantes duntaxat re-
sideret.

LXXVIII.

PACE legitime conventa, etiam cum eo, qui bellum
iniustum gessit, promissa Ita religiose servari oportet,
ut nec exceptio partis afferentis, se per metum
adactum ad inenndam pacem, nec ~~cuiuslibet~~ ecclesiasti-
cae potestatis dispensatio obligationem enervare queat. Si
tamen metu gravi, & armata vi extorquatur pax in bello
ex parte victoris manifeste iniusto, quae alias nisi maioris
mali vitandi gratia contracta non esset, dominium provin-
ciarum in pactione comprehensarum in vicorem iniustum,
& cogentem non transfertur.

Sed

LXXXIX. Et duxit eis prophetas : nos
vocem cum iudeis ipsius fecimus : sed
eis bene volentes. Veneruntur vero.
Vides signum intercedit D. Ihesus

LXXIX.

SED difficilis quaestio est; an Princeps successor obstringatur paci servanda, quam antecessor consecuit? Et Principem etiam ex certa lege regni, aut electionis irre regnante pactis sui antesignani devinciri, et si posterorum nulla facta sit mentio, plusquam certum est.

UVXXI

LXXX.

CUM Legatorum ministerio supremae Potestates utantur ad pacem ineundam , supereft tandem de his aliquid fibiungere. Describi autem potest Legatus : minister publicus à summa potestate ad aliam similem, vel dignitate inferiorem , supremo tamen imperio pallentem destitutus , ut negotium sibi commissum mandantis nomine expeditat . Horum alii ordinarii sunt , alii extraordinarii : alii sunt primi ordinis , alii vero secundi : alii simplices , alii plenipotentiarii : quidam duntaxat residentes. Omnia vero officia ex gentium usu , & communis tacito consensu originem ducens in iis maxime niftitur , quod auctoritatem nimirum mittentis conservare pro viribus studeant , eiusque defideriis in expediendis negotiis plene inserviant ; neminiisque , nisi Regi , eiusque Ministris ad haec constitutis gestorum rationem reddant.

LXXXI.

DEnique quia Legatorum privilegia recensere, nimis longum esset, praecipua tantum enarrare constitui. Hi enim sine iusta causa repudiari nequeunt: factum eorum potestatis mittentis censetur: privilegio securitatis gaudent: in locis sui muneric conveniri ex causis civilibus, sive personalibus, sive realibus, nec ex criminalibus plerumque possunt. Iam tandem, finem curis im-

ponere , tempus est : sed prius huius opellae lectores , quos
 solos futuros esse huius pugnae iudices video , exoro , ut
 nullum personae respectum habeant , sed considerent Deum:
 quae sua est potentia : subinde linguas infantium fecisse dif-
 ferras : asinae elingui usum linguae dedisse : rudes denique
 piscatores eatenus eruditissime , ut sua postmodum doctrina to-
 rum illustraverint orbem : exoro insuper , ne illos moveat,
 quod plurimi sint , qui mihi adversentur , quoniam facile est ,
 conclaudi multos in manu paucorum , & de cœlo fortitudo
 est : obtestor demum me ex Auctoribus patriis , iisque viris
 acerrimi ingenii , solidioris doctrinae , purioris , & securioris
 scholae haec theoremata decerpisse : et si qua forsan opini-
 o nio vobis recens , & singularis videatur , ne vos novitatis odio
 rapi sinatis , precor : non enim oportet numerare , sed ponde-
 rare sententias. Unus in arenam descendo , pro lege naturali ,
 & gentium pro viribus pugnaturus , Deo quidem favente ,
 quem nullus rectius invocat , quam qui pro tuenda veritate
 orat.

Propugnabuntur in Regia Vallisoletana Academia à D.
 Josepho Antonio Mon & Velarde in maiori Sanctae
 Crucis Collegio purpurea cruciferaque toga Hospite
 decorato.

IX. Kal. Maias : ann. Dom. CICLO CCLXIX,
 Mane ab hor. IX. ad XI. Vespere à III. ad V.

DD. Decanorum Utriusq. Jur. Sacr. Theolog. & Philosoph.
 examine praemisso typis mandata Vallisoleti
 apud Thomam Santander.

Hoc opus, hoc studium parvi
properemus & ampli,
Si patriae volumus, si nobis vi-
vere cari.

Horat. lib. I epistol. 3. vers. 97.

XII. Maii. Mense: sub Dom. C. D. C. C. C. XIX.
Mense ap. post. XI. ad XI. A. q. p. 11. ad V.

DD. Decani: Uuln. Iur. Sacr. T. p. 10. ex Bibliotheca
eximie breviarii iuribus missarum. A. 1111.
Sed etiam T. p. 10. ex Bibliotheca

